



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 134. Mors tragica Guidonis de Roye Remensis Archiepiscopi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](#)

§. CXXXIV.

Sæcul. XV.  
A.C. 1409.*Mors tragica Guidonis de Rye Remensis Archiepiscopi.*

Inter ceteros Franciæ Oratores, qui Pifas adibant, erat Guido Rex, seu *de fin. Hist Ca-*  
*Roye Remensis Archiepiscopus*, qui fatorat *VI. pag.*  
*sane tragico ultimum suum diem clausit.* *200. Mon-*  
*Cum enim in quamdam ignobilem civita-*  
*tem, seu ut melius dicam, in Viculum*  
*Vutra dictum, prope Genuam pervenisset,*  
*faber ejus fabrum loci, exorta inter eos*  
*rixa, occidit. Archiepiscopus illico homi-*  
*cidam, ut dijudicata causa condignas*  
*pœnas daret, judicis tribunali fisti jubet,*  
*ratus, hoc pacto se populi sedaturum tu-*  
*multus de concivis sui morte vindictam*  
*quam acerrime exposcentis. At cum*  
*commotam plebem alliqueretur, verbis*  
*blandioribus placaturus, subito sagitta a*  
*quodam hujus pagi incola furiosius emis-*  
*sa, vocem & vitam huic Prælato eripit.*  
*Cives hac cæde necdum fatiati insuper &*  
*Archiepiscopi fabrum, ipsumque Judicem,*  
*in cuius custodia tenebatur reus, truci-*  
*dant, pari crudelitate ipsum quoque Car-*  
*dinalem Barensem, ceterosque omnes*  
*Legatos e medio sublaturi, nisi ad sedan-*  
*dos populi tumultus Buccicaldus Præfe-*  
*etus cum armatis advolasset. Corpus Ar-*  
*chiepiscopi honorifica pompa terræ man-*  
*Hist. Eccles. Tom. XXV. M da-*

**Sæcul. XV.** datum fuit, & Buccicaldus in hujus seditionis Auctores severius animadverti ius-  
**A.C. 1409.** sit, quorum plurimi pœnas mortis pende-  
runt, eorumque domus solo æquatæ.  
Quibus peractis Legati iter suum prosecu-  
ti, Pisas tandem venerunt.

## §. CXXXV.

*Concilii Pisani initia.*

**Collect. Conc.** Primus, solemnisque concessus Concilii,  
**tom. XI. p.** quod ad diem vigesimam Martii anni  
**2117.** supra millesimum quadringentesimi noni  
**Bzov. n. 5.** Pisis indicebatur, præstituta die habitus  
est, omnibus Gregorii artibus (\*) ad impe-  
diendam Synodus incassum adhibitis, ut  
pote cuius auctoritas eo tempore non am-  
plius adeo suspiciebatur. Regna enim  
Hungariæ, & Poloniæ, nec non Provinciæ  
Russiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Rasciæ, Ser-  
viæ, Bulgariæ, & Sclavoniæ, quæ prius  
hujus

(\*) *Huc applicare liceat ea, quæ in simili columnia S. Antoninus part. 3. tit. 22. c. 5. l. 2. de Gregorio scribit, refellens eos, qui tam Grigoriū, quam Benedictū juramentum & fidem de unione Ecclesiæ promovenda præstitam violasse arguebant: Quod si, inquit ille, verum credi posset ex parte Benedicti, tamen de Gregorio non idem apparuit. Licet vulgus ex divulgatione Cardinalium & aliquorum hoc sentiret, scilicet*